Et ipsum de cecitate illuminati discipulis querentibus quis peccaverit et cecus nascetur? Redit. Nec mirum quoniam ipse in suis operibus gloriam suam non querit: sed honorificat patrem. ¶ Sequitur. Et cum ipso. scilicet honor et gloria: quia cum ipso est tibi patrem esse diuinum per quod tecum unus est densus: ipso dicere. Ego et pater unus sum: sed in essentia: quam per gloriam nem te coeunte accepit. Pater inquit quod descendit mihi manus est oibus: hoc est divina essentia qua maius nihil cogitari potest. Est enim secundum Damasc. pelagus infinite substantie: que quod indivisa est in filio: merito cum ipso est tibi honor et gloria: quia tibi est coequalis maiestate et potentia. Hinc aplo. Qui cum in forma dei esset: non rati nam arbitratus est se esse eum aequali deo. Est et coequalis duratione quia coeternus. Sicut dicitur in symbolo athanasi: una est divinitas: equalis gloria: coeterna maiestas. Quod etiam propheteta inuit in persona patris loquens. Ego hodie genui te. Hoc die i. eternitate ubi nihil futurum: nihil preterit: sed hodie continet. Unus blasphemantibus indeus respondens dicit Joan. viii. Antecepit abraham fieri: ego sum: semper est qui immutabiliter est. Est et coequalis beatificatione sui et omnis electorum. Sicut ex se naturaliter beatus: sed non a se eadem beatitudine quia et pater Joan. v. Sicut pater habet vitam in se in eterno: sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Una siquidem necessaria cognitio apprehensionis sunt in divine nature: una eiusdem eterna fructu pfectis et filiis. Omni electorum: qui in eius facie oes desiderant prospicere angelos et boles. Unus et hec ait. Hoc est vita eterna: ut videat te patrem: et quem misisti iesum eum filioli regum dei. Joan. xvi. Idcirco tibi prius cum ipso ois honor et gloria cui quo operaris oia: cum ipso disponendo et regendo per spiritum creatum: vbi Joan. v. Pater meus vobis modo operatur et ego operor. Et sequitur. Quocumque illi facit: hec et filius similiter facit. ¶ Sequitur. Et in ipso: est tibi honor et gloria: in quo tantum in imagine et immitate exemplari tuo re lutes pfectissime. Ipse enim imago est dei innuisibilis: pumogenitus ois creature: quia in ipso condita sunt vniuersitas in celis: et in terra: visibilis et inuisibilia: sive throni: sive dominationes: sive principatus sive patres: oia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes: et oia in ipso constat: ad Col. i. Ipse est splendor: glorie et figura substantie patris portans oia verbo virtutis sua et Heb. i. In ipso perfectissime representans. Unus et philippo petenti. Ostende nobis patrem: respondit. Philippe qui videt me: videt patrem Joan. viii. Nec solum tu pater in ipso reliques: sed et oia quae sunt in tua scientia. Nam et verbum est: tu notitia omnium que in paterna memoria sunt declarativa: ut beatus Augustinus. In ipso enim tantum in speculo lempidissimo re ipsius et omnium creaturarum rationes intueris. Est enim emanatio virtutis et claritatis omnipotentis dei sincera. Candor lucis eternae: et speculum sine macula dei maiestatis: et imago bonitatis illius Sap. vii. In quo et beati omnium quorum voluntas: facies contemplatur. In ipso quoque est tibi pater honor et gloria: tantum in eo in quo semper et substantialiter existit. Tu enim in ipso: et ipse in te per circumcessione sive admiratione semper existit: ipso dicere. Non credis inquit philippo: quia ego in patre et pater in me existam singulariter: et incoepit filii inexisterem modo. A te enim genitus in identitate nature: non modo specifico: sicut in ceteris generantibus quod generatur sibi simile in speciebus: in identitate numerale: et substantialiter per quam ipse tecum unus est deus simplex et verus: cui tota tua substantia et natura oemque pfectione dicastis: nec ab eo nisi paternitatis relatione disiungeras. Unus et ait. Tu pater in me et ego in te: adhuc autem in ipso est tibi honor et gloria: et unus sumus. Joan. xvii. In illo igitur in quo semper es: in quo tibi bene placuit: est tibi honor et gloria: tandem insinuante in quo oia consummas: sicut Alex. Us Apo. c. I. Ego sum alpha et omega: principium et finis. Per ipsum ergo per quem oia creas: et cum ipso cum quo creata gubernas: et in ipso in quo oia consummas est tibi ois honor et gloria: cum tradiderit regnum deo patri. Cor. xv. Et subiectus erit illi qui sibi subiecti ois sit deus oia in oibus. Tunc per filium erit patri ois honor et gloria: nunc quid est patri honor et gloria per filium: sed non ois donec post consummationem: sicut a patre ad filium: sicut a filio hereditas renervatur ad patrem: propter quod dicuntur: in ipso est ois honor et gloria: quia tunc revelabitur a filio pater: quia quod modo creditur: tunc per speciem et manifestacionem clarescit: ut habeatur in glo. loco allegato. ¶ Sequitur. Est tibi deo: non participante aut nunc patine aut surpatine quo boles et demones dum appellantur: ut ibi. Omnes dum genitum demonia. Et iterum: quos execavit deus his seculi. ii. Cor. iii. Itē: ego dixi dum eritis et filii ex celsi omnes ps. lxxi. Sed tibi deo in vero per naturam et essentiam simpliciter infinitas. Patri: non tantum honore cura et reverentia: qualiter homines maiores et prestantiores patres appellamus: sed tibi patri per naturam et originem: quia tibi vere et propriissime conuenit generatio. Unde dixisti. Numquid ego qui generationem alijs tribus sterilis remanebo? Abs te inquam patre: a quo omnis paternitas in celo et in terra noitat Ad Ephe. iii. Tu enim unica et vera es omniū oī Ad Eph. iii. go et principium. Omnipotenti et in virtutis et virgoris infinitatem et in autoritatis liberam et universalem potestatem: et in quam singulis ad nutum dicas: omnia habens in tua dictio. Hester. p. i. cui subest cum volueris posse Sap. vii. Nam omnia quecumque volueris fecisti in celo et in terra et in oibus abyssis ps. cxliii. Solus potens rex regum et dominus dominantium. i. Timo. vi. Omnia enim quecumque volueris faciet: et sermo illius potestate plenus est. Recidere ei qui potest: quare ita facis: Eccles. viii. Nam potestas eius potestas semperitana: et regnum eius a generatione in generationem. Daf. iii. Tibi ois honor: qui prestantissime virtutis: immo essentialiter virtus. Tibi ois gloria: qui claritas tue virtutis super omnes emittit: propter quod merito ois tibi gloria exhibetur: et claritatem cui laude noticia oibus predicatorum. In unitate spissantem. i. etiōne spissatam: quod amor est nexus patris et filii: in quo coincident tantum in uno et in uno ab utroque procedere. Procedit namque spissatus a p̄te filio: tantum amor infinitus et infinita et secunda virtus patris et filii voluntate. Quae est eterna oibus modis in patre et filio: spissatus tantum amor ois ab utroque procedit tantum ab eterno spiratore et principio. In ipso igitur comunicant tantum in unitate producentur. Ut in unitate spissantem. i. in identitate essentialiter spissantem. Quoniam et spissantem. * In sanctis personaliter sit a patre filioque distinctus bolo quoque est tamen idem sibi essentialiter. Una quidem est etis ois legitimus per essentiam: quia pater filius et spissatus unus sunt deus tris et filii. In hac ergo unitate essentialiter et identitate eius spiris: una est dominus et filius: est tibi p̄te: cu ipso: in ipso et per ipsum filium. Unitas: et filius. Ois honor et gloria: qui in hac unitate essentialiter es deus gloria: coeterus unus: cui soli ut ait aplo. ii. ad Timo. viii. Gloriam et in maiestate honor: in scela scelorum. * Hic deus: ut Aug. xii. deus trinitas qui hic exprimitur in oibus expositis. Cu Augustinus. Et tibi deo patri: in quo noias pia persona fessus pater

Dionys.

pater qui totius diuinitatis ut Dionys. dicit: est principium: per ipsum et cu[m] ipso: et in ipso: f[ac]ta persona a solo patre genita: patri omnino equa-
lis et cōsubstantialis. In unitate spiritus sancti: ex-
piavit tercia persona a solo patre filio spirata. In
identitate essentie cōsubstantialis ambobus patri
et filio. Tibi igit[ur] deo patri: cu[m] ipso scilicet filio: in
unitate spiritus sancti. i. vna cu[m] spiritu sancto
honor et gloria. Cōtra oēs hereticos filio et spiri-
tu sancto detrahētes. Cōtra quos beatus Ihes-
us. vt in singulis psalmis dicere. Gloria patri
filio et spiritu sancto: sicut erat in principio nūc
et semp[er] et in secula seculorum amē: apostolica auto-
ritate interpellavit: vnde ad Damasum papam
scribēta ep[istola]. iiii. ita ait. Istud carnem landis: hand
dubium quin gloria patri t[em]p[or]e. v[er]o q[uod] amē: omni psal-
mo cōiungi p[ro]p[ri]etas: vt fides. crux. episcopog[no]ni
ceni cōcūli et nostro ore pari cōsortio declareb[er]i
deus et homo honorabilis voce predicat. ¶ R[ec]C[on]clu-
dunt oratio. Per omnia secula seculorum. i. p[er] oēs
mūdi etates: que secula possunt appellari. Nam
seculū et seclū per syncopā quodlibet t[em]p[or]is accipit
aliquantulū longū: a sequor dictū eo q[uod] t[em]p[or]is: t[em]p[or]is
sequor. Licet fm quodsdā spaciū. ex anno im-
potere: et dicit Januēsis: vnde secula seculorum. i.
omni tpe vel eternaliter. Siquidē in omni tēpo
refuit honor et gloria deo. In credidō quidē mū-
di deūlandabat et glorificabant astra matutina:
angelicæ virtutes: et per descētum seculorum san-
ctos patres patriarche et prophete: apostoli: mar-
tyres: cōfessores: virgines: et oēs dei athlēte: qui
bus sua p[re]sentiā pollicit[ur] est t[em]p[or]is dei fili⁹ r[es]q[ue]
ad cōsummationē seculorum: quib[us] omnibus r[es]q[ue]
tūc glorificab[il]is et laudab[il]is deus trinitas. Unde
dit p[ro]pheta. In secula seculorum laudabunt te. i.
eternaliter. Siquidē ante mūdi cōstitutionem: et
cuiusc[em]p[er] creatura honor fuit et gloria in p[ro]sponi
summa parilitate sibiūnīcē cōgandētib[us]. Fuitq[ue]
eternaliter ante omnē creaturā summe glorifica-
da et honorāda altissima dei maiestas. In illa su-
perbenedicta trinitate: r[es]bi est summe clara cu[m]
laude infinita cōprehēnsia sue perfectionis no-
titia. Unde ibi est deo in se et a se summa hono-
ris gloria. Glorificat em patres filii: glorificat
et r[es]būq[ue] spiritu sanctus: et viceversa quelibet domi-
na perlona reliquā: q[uod] libet clarissimā p[ro]fectio-
nis cuilibet infinite infinitam cu[m] laude notitiae.
Fuit em (verius est t[em]p[or] est) ante omnē crea-
turā summa honorāda et laudāda et glorificā-
da illa infinita maiestas: nec ab alia cōdigna q[uod]
a se ipsa: cu[m] nullius creature notitia cōmenſura-
bilis sit substantia infinita. Nihil quidē isti sum-
me et beatifice societati defuit. Unde per creatu-
re cōstitutionē magis reddefit honorāda: nec ali-
quid glorie et creature acerevit. Ipsa sola est si-
būpsi sufficiens honor et gloria ab eterno et in se-
cula seculorum. ¶ U[er]o Respondet chorus vel minister:
Amen. q[uod] in proposito adiuvab[il]is est affirmandi. i.
verbium af- firmandi.

Seculū q[uod]
tum spaciū
impotet.

perit[er] canonis institutor in hac gratia actio-
ne: p[er] hoc immēso dei beneficio nobis pecca-
torib[us] indignissimis exhibito: sed et p[er] essentiā
sua gloria a creataris omnib[us] magnificāda et p[er]
petuo collaudāda canonē duxerat cōcludendū.

Cui t[em]pos p[er] qualicq[ue] eiusdem canonis expositio-
ne per me deficēter foris exhibita g[ra]tas possibi-
les et devoutissimas referamus: agnoscētes fideli-
ter quicq[ue] verū: quicq[ue] dignū: quicq[ue] saluta-
re sonuit: nō mēu sed illius esse: q[uod] oē verū: om-
ne sanctū t[em]p[or] omne bonū atq[ue] datu optimum est.
Si quid vero erroreū: si minus clarū: si tāto in-
comprehēsibilis admirabili sacramēto indignū
personuit: meū esse palā cōfiteor: cuius remissio
nem[us] apud misericordē dñm se nobis et numia
indebita q[uod] charitate in hoc sacro cōcāntem: ac
iterū atq[ue] iterū p[er] nobis misericordi patri offere-
tem: obtinere merear: vestrar[um] orationū patres et
magistri et fratres suffragia imploro suppliciter
requiro. ¶ Hanc addēda est expositio mysterio-
rum in gestis signis et ritib[us] sacerdotis plata in
altari proferētis latentiū. In p[ro]mis cū post sus-
fragia defunctis petita: ad viuos rediens dicit.
Nobis quoq[ue] peccatorib[us] vocē exaltat: et pectus
tundit: quo aliud significat fm allegoria: alius
fm tropologiā. Scdm allegoriā vocē exaltat silē-
tium interrūptū fm Inno. et Alex. quo represen-
tat cōfessionē et cōtritionē latronis in illo dñcē
passionis articulo increpatis alterū et dicentis.
Nos quidē digna factis recipimus: hic vero ni-
bil male gesit. Desiderasq[ue] cōsortiū beator[um] p[ro]
quo sacerdos petit in ipsa of[er]one: dicebat adies
lū. Dhemēmēto mei dū veneris in regnū tuū.
Lu. xxiij. Uel fm eosdē: per exaltationem vocis et
tunisonē pectoris exprimit q[uod] centurio et qui cu[m]
ipso erat: risis his que bisque christo in cruce p[er]-
dente timuerūt valde dicentes. Vere fili⁹ dei erat
iste. Mat. xxvij. et Lu. xxvij. dicit. Vides autē cen-
turiō q[uod] factū fuerat: glorificauit deū dices. Ve-
re hic homo iustus erat. Et ois turba eoz qui si-
mul aderāt ad spectaculū istū r[es]idebat q[uod] sib[er]at:
percutiētes pectora sua renerteban. Secunduz Albertus.
Albertū vero per tropologiā. Tuniso pectoris p[er]
hoc q[uod] ictus afflictione inferens: significat sa-
tiationis labo[r]is: qui necessarius est ad obtine-
dum participationē cu[m] sanctis que petitur. Per
hoc autē q[uod] sonus tunisonis est cum sono vocis: si-
gnificat cōfessionē eoz que in pectora latent: per
hoc q[uod] fit cu[m] gemini: significat cōtritionis cōpu-
ctionē que etiā necessaria est: et cōsortiū cu[m] san-
ctis imperet. Nihil em inquinatū in hoc setim
diuinū cōsortiū potest introire. Apo. xij. fit autē
hec tuniso trib[us] digitis vltimis: q[uod] pollet et index
separari nō debet: ppter reuertentias sacramenti
post cōtactū eius r[es]q[ue] ad cōmunionē: ne forte si
quid de hostia digitis adhereret: per cōtactū al-
terius corporis a digitis decideret: et ita irrene-
rētia fieret sacramēto: vt sic se tripliciter peccas-
se exprimat: corde ote et opere. ¶ H[ab]itū vno sa-
cerdos p[er]fert hec verba. Sanctificas: viuificas:
b[ea]tificis: tres format crucis cōmūctum sup ho-
stiam et calicē. Deinde quinq[ue] cauces in verbis.
Per ipsum t[em]p[or] que a diversis diuersimode expo-
nunt. Nec mirū: quia in hoc sacratissimo myste-
rio: mysteria multiplicia includuntur. Sequēdo-
tamē in primis beatū Tho. in parte. iij. q. lxxij.
ar. v. conformiter ad p[ro]dicta lec. xij. et lxxij. rbi di-
cērum est: q[uod] p[er] crucis importat passio Christi: et p[er]
eas que p[re]cedunt cōsecrationē: ea significat que
passus est anē ligni affixione: p[er] crucis q[uod] post-
ea fuit: ea que passus est aut egit in ligno crucis

Lu. xxvij.

Matth.
xxvij.

Albertus.

Sonus tu-
sonis q[uod] est
cū sono vo-
cis quid si-
gnificat.

Lectio

LX

et post depositionem. Et h[ic] hoc dictu[m] est q[uod] quinq[ue] crucis facte in verbis. I[ustitia] pura te designat quinq[ue] vulnera Christi in sua afflictione et laceratione passa: in tribus crucib[us] in his verbis. Corpus et sanguinem representat corporis extensio: sanguis effusio: et passionis sacrificatio. Hunc ordinem prosequendo sit hic in verbis. Sancticas te. Serra crucis significat: qua sunt tres crucis super calice et hostia co[n]iunctum in verbis. Sancticas: vinificas: benedicis: per quod significat triplex oratio quā Christus fecit in cruce. Prima quam fecit pro Iudeis persecutorib[us]: cu[m] dicit. Pater ignosce illis: q[uod] nesciunt quid faciunt. Secunda quā fecit pro liberatione a morte: cu[m] dicit. Deus mens de[m] mens: ut quid dereliquisti me? Tertia pertinet ad adestionem glorie: cu[m] dicit. Pater in manu tuas comendo spiritu meū. Murus septima signatio est f[orma] cundem: tribus crucibus cu[m] hostia super calicem di scopertu[m] cu[m] his verbis. Per ipsum: cu[m] ipso et in ipso: ad representandum tres horas quib[us] pependit in cruce: sed sexta hora r[es]ponsum ad nonam. Octaua signatio continuo subsequitur septimam: cu[m] sacramento panis extra calicem vel in latere calicis facta cu[m] duabus crucib[us] in verbis. Et tibi deo patri omnipotenti in unitate sp[iritu] sancti. Quibus signis separato anime a corpore in morte domini. Licit enim in Christo tres sint substancialiter: sex divisionis: anime: et corporis: tamen solu[m] due fuerunt in morte ab initio separate: scilicet anima a corpore. Divinitas vero a nentia fuit separata: sed unita fuit carni in sepulcro: etiam aie in inferno. Istum tamen ordinem non per omnia servat Inno. et post eum Alex[ander]. unde f[orma] eos: quod serra feria passus est Iudeus: et crucifixus hora tercia linguis indecorum. Mat. xxv. Horae serra manib[us] gentiliis. Job. xix. Et circa horam nonam inclinato capite emisit spiritum. Ibidem. ad significandum primam crucificationem: linguis indecorum hora tercia clamantium. Crucifige crucifige: sunt tres crucis in sexta signatione. Secunda que est post intermissionem horarum trium facta est militum gentilium manibus: designatur in septima signatione: que iterum sit tribus crucibus. Divisus vero corporis et anime facta in hora nona mortis Christi significatur octaua signatione: sicut supradictum est. Et illas duas cruces f[orma] Alex[ander]. facit sacerdos cu[m] corpore Christi manu ad se querens: quo significatur quod morte quā Christus sustinuit: q[uod] per illas duas cruces significat: sustinuit per nos. i. Pe. iii. Christus semel per peccatis mortuus est: iustus pro iustis. O[stendit] Uel aliter: tres cruces septime signationis significant tres Christi cruciatu[m]: q[uod] ipse in cruce sustinuit: passionem: propassionem et communem passionem in corpore: propassionem in mente: et passionem in corde. De passione in corpore dicit prophetam Thesef. i. O vos o[ci] qui transitis per viam: attedite et videte si est dolor: sicut dolo[rum] mens. Ideo foderit manus meas et pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea. Ps. xxx. De passione metis Mat. xxi. Cepit iesus contristari et mestus esse dicere. Tristis est alia mea r[es]ponsum ad mortem. De copassione cordis oravit pro crucifixorib[us] suis. Pater inquit ignosce illis te. De passione et passione loquuntur Hiero. super illud Mat. Cepit iesus contristari et mestus esse. Ut veritatem inquit: probaret assumpti ho[bi]s: vere contristari est sed in passione eius dominica animo: vere propassio est. Que tractas magister? iiii. sententia dicitur. Affici[re] quis interdum timore vel tristitia: ita ut mentis intellectus non inde moueat a rectitudine vel dei contemplatione: et tunc propassio estrahit quando vero mouet et turbatur: et tunc passio est.

Hec magister. Passio ergo et propassio vel distinguntur: affectiones mentis sunt non corporis. Nam ergo fuit passio illa que contra propassionem condidit: hoc est affectio mentis deordinans: sed fuit in eo passio que est dolor corporis: et propassio quod est tristitia mentis: non tam deordinans mentem. Et ideo non habuit mentis passionem. C[on]ficit autem tres cruces illas cum corpore Christi super calicem: qui Christus sustinuit huiusmodi cruciatu[m]: qui per calicem significavit voluntarie. Isa. liii. Oblat[us] est q[uod] ipse voluntate. Quod vero hostia superseruit calicem: significat quod Christus non fuit deicerus innotescens: sed mentis consolacio superseretur. Uel significat per hoc sublimatio Christi per passionis obedientiam ad Phil. iij. factus est obediens Christus ad mortem: morte autem crucis: propter quod et deus exaltavit illum te. Donec vero crux est quod fuit in latere: significat duo sacramenta quae de late re Christi fluerunt: scilicet aqua regenerationis: et sanguis redemptionis. Jo. xix. Unus militum laceratus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Unde quidam in horum dnoꝝ signo fine: d[icit] sunt calicem cum hostia: per quod percussa lateris Christi cum lancea designata. Secundum dominum Alber[tum] fuit tres crucis in sexta signatione: ad significandum quod oia creata et recreata sanctificantur: visibilis et beneficunt in virtute crucifixionis et passionis Christi. C[on]ficitur Sed queritur hic Alex[ander]. Cur in prolatione huius verbi: creas: non fit crucis signatio: sicut in prolatione sequentiu[m] verbo: nim. Sancticas: vinificas: benedicis. Recepit. Si signatio crucis indicium est officia passionis. Creas: stonem. ratione autem hominis non est causa passionis domini: sed lapsus ho[bi]s reparandus: et ideo in verbis creas: non fit signatio crucis. Preterea licet hoc et prima conditione naturali ratione tolleretur: et ganaderetur arbitrio libertatem: non tam habebat unde poterat merendo proficere. Posset autem merendo proficere habet homo ex gratia sacramentalis: et virtute crucis sine passionis domini. In signum ergo huius defectus non efficaciter crucifixus a sacerdote cum dicit. Omnia bona creas. Adhuc dicit Alex[ander]. de ritibus quinque crucibus in verbis. Per ipsum te. Licet f[orma] vnum Romane ecclesie tres cruces cum hostia primo sunt supra calicem: deducendo hostiam a labio calicis ad labium: et due vltimum iuxta latum calicis. I. inter calicem et sacerdotem: aliter tamen sunt f[orma] vnum quadrangulum ecclesiarum: f[orma] quem prima crux ex omni parte ultra calicem protendit: secunda calici coequatur: tertia inter calicem coarctatur: quarta eadem est cu[m] prima quinta ante calicem protrahitur. Per priam crucem significatur passionis Christi diuturnitas: per secundam: integritas: per tertiam acerbitas: sive intimitas. Diuturna enim fuit passio Christi. Non enim incepit die mortis eius: sed in circuacione quadam arraz dedit redemptions nostrae. Luce. iiij. Et post continuam in paupertate et labore vitam ducebatur. Ps. Panper sum ego: et in laboribus a inventu meo. Integra fuit: quia totu[m] corporis circuquam patiebatur. Job. xvi. Circumdit melancolis suis: conuulnerauit lumbos meos. N[on] pepercit et effundit in terra viscera mea. Considerauit me vulnera super valens. Acerba fuit pertransigens r[es]ponsu[m] ad interiora ale et spissu[m]. Ps. Intraverunt aquae r[es]ponsu[m] ad animam meam. Aquae inundationes penas fuit. Per quartam crucem que est eiusdem dimensionis cu[m] prima: significat sufficiencia efficacie passionis. Per quintam significat perfecta sufficiencia. Sufficiens enim fuit redemptions omnium non tamen nisi redemptis fidelibus: et dicit Ber. Item

Mat. xv. Job. xix.

i. Pe. iii.


Thesef. i.

Mat. xxi.

Hiero.

CONTRITUS dū he cruces formāde sunt: sacerdos corpore vel custodiā desuper calicē remonet: in signū q̄ illud qd̄ de xp̄o fuit significatū: sed clauſum: erat in paſſione renelata. Tunc verificatum fuit illud **Hiere. xxi.** Cognoscet̄ me oē a minimo vſq; ad maximū: in cuius rei signū velū tempi ſeſtum eft a ſummo vſq; deoſluſ. **Mat. xxiij.** Deinde ſacerdos tenet corpus dñi ſup calicem: et parvū elenato calice cū ambabus manib⁹ dicit. Per oīa ſecula ſeculor⁹. Et dicendo. Oremus reponit eū in loco ſuo ſup corpore. Et dicendo. Per oīa ſela ſeculor⁹ exaltat vocē intertūpō ſilentiū. Ad literā vt chouſ: pploſ vel miſteriuſ au- diēs: respōdeat. Amen. Quo per mysteriuſ deſignat q̄ r̄p̄ ſlamā ſvoce magna emiſit ſpm̄. Vel fm̄ alioſ: q̄ cētūro magna voce pñūcianuit. Ueſe filius dei erat iſte: q̄ chouſ r̄ndet. Amen: ſignū eſt lamētatiōis mulier: q̄ xp̄m ſeq̄banſ ſlētes dñm. Depoſitio noſ hoffie ſuper pallā corporis: ſignū eſt inuolutiōis corporis dñi de cruce de- poſiti in ſyndone mūda: facte per nicodemum & iοſeph de arimathia: ſepelientes dñm in mo- numento nouo: in quo nondum quicq; poſitus fuerat. Deinde regit calicē corpori vel custodia in ſignū occulti atiōis veritatis q̄ futura eſt ma- xime tempore antichr̄iſti: qd̄ & **Eſa. vi.** figuratuſ eſt: vbi legitur: q̄ duab⁹ alii ſeraphin relabant caput: et duab⁹ relabāt pedes: et duab⁹ volabāt. In capite principiū: in pedib⁹ in fine intelligitur. In principio igiſ ecclie ante r̄pi aduētu: rela- ta fuerū que de eo fuerāt renelata. Ale relantes caput: fuerunt figure legis nature: pariter legis ſcripte id est moysi. Ale relantes pedes ſignant q̄ in fine tpe antichr̄iſti erit occultatio credē- rum & agēdor⁹: qui regnabit error ſalitatis & libi- do improbitatis. Duabus aliis volabāt. In vo- latu ale extēdūtur: et elongātur a corpe: nec cor- pus tegunt. Unde volatu ſeraphin ſignificatur proceſſus ad maniſtationē quo ſignificat ma- niſtationē veritatis ſignificatorū de xp̄o ſēpōe medio: id est tēpōe paſſionis. Et tantum de his mysteriis.

Cenbariſtie communiō: et pars ſecunda expo- ſitionis canonis incipit. **Lectio. lxi.**



Operscrutabilis

dīvine cha-
ritatis altitudine: que
etis ne nobis peccato-
rib⁹ maniſtare di-
gnata ē iſhi ſummi
patris incarnatiōe:
qua ad noſtra deſcē-
dit ſima: vt nos ad
ſua ſublimia exalte-
ret. Hā ſupra mo-
dum benigna inefſibilis trinitas in rna per-
ſonarum ſuaz (ait Dionyſius cap. primo de di-
ni-
no.) inſierna noſtra integre veriſimeq; ſucepit
ad ſeipſam reuocans & aſtrigens inſinitatem
noſtrā: ſimpler iſhi eternusq; tēpōale ſub-
iit metas: atq; intra nature noſtre terminos ve-
nit: qui omnī totius nature ordinem excedit.
Nam qui origini humane multum dedit: quod
nos ad imaginem ſuaz fecit: reparationi noſtre
longe amplius tribuit: cum ſeruili forme ipſe ſe
domiņuſ coaptauit. Sic enim ait Leo. In chri-
ſto ipſa ad peccatores misericordia: ipſa ad er-
rantes veritatis: ipſa ad mortuas vita deſcendit.
Hec modo deſcendit: ſed et morte ſua quā pro
nobis ſubjicte terne moris rincula quibus te-

nebamur: diripiſit. Siquidem post illam huma-
ne preuerariſtis priuam & r̄niuersalem rui-
nam: q̄ qua per vnum hominem peccatum in-
trauit in hunc mundum: et per peccatum mors:
et ita in omnes homines pertransiſt: nam in eo
omnes peccauerunt: nemo diaboli diuationem
nemo vincula diuine captiuitatis evaderet. Nec
cuiq; aut recōciliatio ad ventā: aut rediſtus pa-
ter ad vitam: niſi coeterū patri deo fili⁹: cuiā
hominiſ eſte dignaretur filius: veniens quere-
re ſalutem qd̄ perierat: ut ſicut pñore per Adām
ita per dñm noſtrum iefu: pñm eſſet resurrectio
mortuorum: quod maniſtissimum nimic dilec-
tionis noscitur eſſe ſignum. Maiorem charita-
tem nemo habet inquit ipſe ſaluator: q̄ et aliam
nam ponat quis pro amicis suis. **Joan. xv.** Sed
maiorē ipſe habuit. Cōmendauit eīm charita-
tem ſuam deus in nobis: ait aploſ: quia cum ad-
huc inimici eſſemus: recōciliatiſ ſumus deo per
mortem filij eius: ad **Roma. v.** Ecce apertissimā
ſumme charitatis exhibitiōnem. Hec tam ſa-
tis vifuz eſt in exhortatione pietatis ſonti: vt noſtra
allumē ſrater noſter fieret excellus oīz creatoris:
laporum ſufficientiſſimus reparator: niſi etiam
noſtra: vt ita loquar fieret factura: dū in hoc mi-
rabili ſacramento ſacerdotū miſterio ſuā no-
bis exhibet preſentia ſub ſacramēntis ſpeciē ſymbolis: panis viniq; ſubſtatiō: in corp⁹ ſum-
er ſanguinē cōuerſa: et ſubſtantia litera trāſfor-
ma. **C**Oniſtificum & admirabile ſacramēntum
quo corporali dei preſentia ſtrumur: quo celi am-
bitum excedēt: lucēq; inacceſſibile inhabita-
tem breuiffimā ſpeciē ſoumla cohabitū oculi
corporis cōtemplamur. **O** perfectum & per
magnificū donū: qd̄ p̄incipale cōdecuit munifi-
centiam quo ſic te ſotū nobis effudit: vt nil ſibi
retineret in corpe aia deitate. Uere eleuata eſt
magnificētia tua ſup celos. Nam qd̄ in celo
ſuit ḡe & glorię liberalitatē inefſabili cōtulisti.
Et hoc quidē ſolū verbiſ ſacri canonis q̄ deo
duce: vt cūq; expoſtuim⁹: cōſecrat⁹: cōſicim⁹: cō-
trectamus: vt liecat dicere illud: **Joā. i.** Quod
fuit ab initio: qd̄ audiui⁹: qd̄ vidui⁹ oculis no-
ſtris: qd̄ pſperim⁹: t man⁹ nre correſtanerūt de
verbo vite: t vita maniſta eſt: t vidui⁹: t reſta-
mūt: t annūciām⁹: vobis vita eterna: q̄ erat ap̄
parēt: t appauiit nobis. **C**ovidim⁹: t audiui⁹
annūciām⁹: vobis: vt t vos ſocietate habeatis
nobis: t vt coſtitutas nra ſit cū p̄e & filio cīj iefu xp̄o.
Quis fratres tāte charitatis magnificē-
tiā nō mireſ? Quis nō toto hilaritatis affectu ſu-
ſcipiat? Quis ad tanto ſocietatis patrioſ & fili⁹ cō-
ſortium nō aspiret? Renera admirāda: ſupēda
q̄ ſunt hec excellentiſſima dei dona. **C**oſtē ſi qd̄ ſupereſt attētis cōſperim⁹: quo nos per
ducet incoſpriebiliſiſ excellētious modi do-
natōiſ admiratio: quo inq; queſo: nō ſufficit
ſumme liberalitatē ſe nobis dediffe in peregrin-
atiōiſ comitē: t ſocii nobis ſu in hoc euchariz-
tice ſacko fm̄ nome ſuū oēm in ſe ḡfam cōmīte
niſi in eo ſe traderet ſameſcētib⁹ in edulū vege-
tans ad vitā eternā. In viaticū eſoriant nos
ad pſciēdā huī ſeru viā: t in pign⁹ eternē ſalu-
tis: t oī ſtatiōis: t cōiōnis ſumiuā. Hoc eſt qd̄
pphera poſt laudes prioris doni decatatas ex-
pectabat (alſ expēctebat.) Magnificētia glorie
tue loquētur (inq;) r̄mirabilis tua narrabunt.
Sed adhuc donū diuini expēctang alimēti: ad-
dī. Oculi oīm in te ſperat dīc: t u das illis eſcā
in tēpōe opporſtūo. Aperis tu manū tuām: t
imples oē alia bñdicioe. **P̄S. cxliij.** quādi dices

rit: q̄cqd hacten⁹ dedisti parū est adhuc inedia
destituti expectam⁹ oēs donec largā manū ma-
gnificētū apies: nōsq̄ oēs donec adhuc aiales
dono quo teip̄z dare digneris i fēcā sātādo om-
ni impleas b̄fidicē. Et ecce factū est. Dispo-
suit rex nōster salomō pacificus mensam eū: cib-
is: propositionis panibus: quos videntis regi-
na saba: ecclēsie ex gentib⁹ collecte figura: ad-
mitrata est: p̄ stuporū nō remansit in ea spūs. iii.
R̄g. i. 7. ii. Paral. ix. **C**hoc cōmūnī grāde qđ
assisteret beatitudine nostra: in cōunctione ihesu-

Hester. i.

v. Parali-
po. iii.

Dionysii.

ad Phbil. ii.

ij. Cor. iiij.

Threnorū.
iii.

rium: sacerdos exaltat rocem in hac orēne: duos
circa hoc faciēs. Excitat em̄ desideriū ad peten-
dū panē celestē: dices in cōmuni. Orem⁹. Dein
ad temeritatis excusationē p̄sumptiōis al-
legat salutaris orādi monita ⁊ p̄cepta: ac circa
orādi modū diuinē instructiōis instituta. Cum
em̄ vi p̄missum est in p̄bēmio: multa requiran-
tur ad fructuōsam hui⁹ celestis alimōnie mādu-
cationē: cib⁹ vīta cōuertaf in cib⁹ mortis: si-
quidē de eo in prosa canis. Mors est mālis: vita
bonis: opus est ut oremus ne cibis vite nobis
vertas in cibū mortis: t̄ cib⁹ salutaris p̄p̄ nōaz
indispositionē fiat nobis critialis. Indigne em̄
māducātes iudiciū sibi māducant t̄ bibūt: sc̄i
rei copis ⁊ sanguis dñi: vt dicit ap̄l̄. i. Cox. xi.
C D Inter regla ad digne cōicadū numerak
o. fo. 8. lec. xii. Ad orādi aur̄ p̄ceptis monemur
vtrinque statimē noui ⁊ veteris: euāgelicis et
ap̄ticis: ideo sudūḡ p̄ceptis. Ubi. ii. Paral. x.
Cū ignorem⁹ qđ agere debeam⁹: hoc solū habe-
mus residuū oculos nostros dirigam⁹ ad tc:
hand dubiū quin in orōne. Ite Tob. iii. Om̄i
tpe b̄ndicē dēū: t̄ pete ab eo vt r̄ias tuas dirigat Tob. it.
t̄ oia cōsilia tua in ipso permaneāt. t̄ Eccl. xvij.
Mō impediāris orare semp qm̄ inceres dei ma-
net in eternū. Monemur ⁊ p̄ceptis euāgelicis.
Luc. xviij. semp orare ⁊ nō desicere. Et ap̄licis.
vii. i. Thes. vi. Sine intermissione orate. Iter ad
Heb. iii. Adeam⁹ cū fiducia ad thronū gratie
dei: vt iūiam cōsequamur: gl̄am inueniamus Adheb. iii
in auxilio opportuno. Tota scriptura huīnsim-
di p̄ceptis ⁊ monitis plena est. **C** Addic. Salu-
tarib⁹. qđ scripture p̄cepta ad vtilia ⁊ ea q̄ salu-
tis sunt dirigitur. vii. ii. ad Tim. iiiij. Ois doctri-
na in diuinis inspirata vtilis est ad docēdū: ad
arguēdū: ad corripēdū: crudēdū in iusticia
et p̄fectus sit homo dei ad om̄ne opus bonum
instruct⁹. Salutaris igis sunt monita: ⁊ vtilia p̄
cepta inducētia ad orādi: quibus iniquitādūz
est: ne cōtēnētēs tā salubrē exhortationē dei be-
neficio redamur indigni: iuxta illud beati Gregorii
goij. t. moral. Dignū p̄fecto est vt ab ei⁹ bene-
ficiis quisquis sit extrane⁹: cuius iūsūnōd⁹ nō
vult esse subiect⁹. **C** Sed cū monere ⁊ precipere
cōtrarias habēt cōditōes: p̄ceptis: enim vim
habet obligatiōā: monitio vero tm̄ inductiūam
et exhortatiūam: cur hec simili inungūscum dicit.
P̄ceptis salutarib⁹ monit. Respondeat Alexā.
parte. iii. q. xxvij. qđ doctrina orādi ⁊ prefertum
huius ofonis ad quā inducimur: chūt̄ est qui
magister est t̄ dñs. Joā. xiij. Uos vocatis me ma-
gister ⁊ domine ⁊ bñ dicitis: sum etem. Dñi aut̄
est precipere ⁊ institutere. Magistri monere ⁊ in-
struere: vt illa onus autoutas insinuaretur: do-
minatiōis sc̄i ⁊ magisteri: copulatur hic insti-
tutio ⁊ p̄cep̄tū ⁊ monit. Prieterea dicit Alex.
Monitio domini: sicut non importet obligatio-
nem necessitatis: sicut illud quod est p̄ceptum
simpliciter: importat tamen obligationem rene-
renti: vt sicut ob necessitates salutis acq̄rendē
in eūbit epequi id qđ p̄cep̄tū est: sic ob reverētiā
domini monentis incumbit epequi qđ monit.
Monita enim hic dicuntur p̄cepta. **C** E Seq̄
t̄. Et diuinā institutiōē formati id est firmiter
erudit: quid sc̄i ⁊ qualiter orare debeam⁹. Hoc
enim nescit mortalis imbecillitas nisi doceat
rude ad Rom. viij. dicitur. Quid oremas sicut
opozet nescimus. Unde ⁊ sc̄i zebedei in petitio
ne reprehēti sunt: qđ nō recte petierunt: dicente
eis xpo. H̄c sc̄it qđ petatis. M̄dat. x. Et Jaco.
iii. Petitis t̄non accipius eo qđ male petatis.
Eapropter

Gregorius

Dubium.

R̄sisio ad
dubium.

Joā. xiij.

Aleran.

Ad ro. viij.
Jaco. iii.

**Oremus p̄ceptis saluta-
ribus monit: ⁊ diuinā institutiōē formati au-
demus dicere. C** pane celestiā cōsecro: st̄as ad
arā sacerdos altaroce p̄monet oēs petere hūc
panē dices. Oremus. Utendē qđ in patrū des-
iderio ante dudū est desideratus: quānus nullus
estet qui elūritib⁹ dare ⁊ frāgere posset. Hinc
Threnoz. iiiij. Parvuli petierūt panē: ⁊ nō erat
qui frangeret eis. Hinc autē nō speratur a dñi
benignitate: qđ suis quidē viribus: sed sacerdos-
tis manib⁹ strangur: ⁊ distribuatur nūc iūc
fin qđ oportet. Et ideo ad excitandū hoc desides

Si propter disciplinam in petitio errarent: quoniam adierunt: petentes et quae ad modum orationis esset eos instituerunt dientes. Domine doc nos orare. **M**at. vi. vnde et precibus eorum inclinatis plurimam salutis monita circa orationis modum et formam tradidit dicentes. Cum oraueritis non eritis sicut hypocrite: qui amantur in synagogis: et angulis platearum stantes orare ut videantur ab hominibus. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum: et clauso hostio: ora patrem tuum in abscondito. Tradidit et formam orandi dicentes. Orates nolite multum loqui sic et hinc faciunt. Putat enim quod in multo loquo suo exaudiatur. Sic auerterez orabitis. Pater noster qui tecum es. Hac diuina institutione edocit: non nostra presumptio temeraria. **A**udemus dicere scientes quid: a quo: qualiter orare debemus. Christo auctore pariter et doctore: qui a sum pribet orandi salutaribus preceptis fiduciam impetrati exhortationis monitus. Amem a me dico vobis si quod petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. **J**oa. xi. Petre et accipietis: querite et inuenietis: pulsate et aperi et vobis. **L**uce. xi. Piebet et doctrina deprecadit diuinis formans institutis. Et secundum Alex. dicit notanter formati: non informati quo nota de diuina instituto sumiter nobis inherere debet: sicut forma ei cuius est forma: ppter quod signatur de formati potius quam informata vel idem importent. Unum instituta domini debet in corde scribi. **P**rover. vii. Serua mādāta mea et rives: et legē meam quasi pupillā oculi tui. Lige eā in digitis tuis: scribe eas in tabulis cordis tui. **C**um et quod ad orandum tam salutem exhortamur: vidēda sunt aliae de oratione: quatenus ad utiliter orandum instructi: eide fructus in cūbamus. Quid enim orōne p̄statuimus: quid fructuosius: aut quod magis necessariuimus: Cuius excellentia ex his colligitur: et dicit Guibellus. par. in diuina rhetorica circa principiū: quod oīs la cōficiatio oīs bñdictio: oīs lacrima: et omnino quod in cultu diuine honorificetur agitur: aut oīo est aut orōne p̄fici. Itē ex eo quod oīs ecclesia sc̄iōrum celestium ad diuino magisterio erudita ac instituta tantaq; multipliciter celebratōrē frequētā orōne et die noctuq; missis et in vigiliis: et eidem vite p̄nitis tpa tangi illi plecrata et debita partitur. Cuius rei nulla alia cā vel ratio estimari vel cogitari potest nisi orōnis tanta necessitas: tantaq; fructuositas: qua tante frequentatiōrē et instatiate cōtinuitate exigat et requirat. Denique sicut oīs virtutes orōne p̄ficiunt: ita nulla vera virtus nisi per orōne obtineri potest. Usq; abbas Isaac in sua colla. c. i. ait. Est virtutū et orōnis reciprocā que dāni inseparabilisq; cōiunctio: inūcē sibi mutua ratione conēcta. Itā sicut ad orōnis perfectionē oīs tēdit structura etūtū: ita tūtū huius culmine hec oīa virtutū genera ferant colligata atq; cōpacta: usq; inō firma poterint vel stabilitas p̄du-

Joā. xvii.**Alexan.****prouer. vii.****Guibell.****paris.****Circa orōne rare.** Cuidēda sunt ergo de oratione nouem in nē vidēda. genere. Primo de eius quidditate ac definitiōe ac cuius potētia et virtus sit actus. Secundo ad quē dirigēda sunt. Tertio de spēb̄ orōnis. Quarto de his que petēda sunt. Quinto cuius sit orare. Sexto de eius qualitate. An vocalis esse debeat an mentalis. Septimo de attentiōe. Octano de eius efficacia. Nonno de eius merito. **C**um quantum ad primum recitat Alex. par. iii. q. h̄t. triū. multas orationis definitiones verbaliter differentes: secundum iniam satis concordātes. **D**am. lib. ii. ca. xxii. ita definit. Ascēsis intellectus ad deum. Cui consonat illa Aug. in ser. de oratione et ieiuno. Pius mentis affectus in deum directus. Et

illa Hungonis. Cōuersio in deum per pium et humilem affectum. Itē definit Dam. Oratio est petitio decētū a deo. Cui etiā consonat illa Aug. Rerū insuffiliū inquisitio. Et illa glō. magis super illud. **I**. Thef. viii. Sine intermissione orate. Expressio desideriū propter bonū adipiscendum: vel malū remouēdū in forma p̄verbū exterius vel interiorius. He etiā exprimunt petenda: puores exprimunt potentia quā pertinet. Alter definit bea. Greg. et moral. dicens. Orare est amaros in cōpunctione gemitas: non cōposita verba refolare. Cui filii est illa Hungonis. Deuotio ex cōpunctione p̄cedens quā dant ēm statum penitentis. Itē dñs Berfi. in quadā epistolā. Orationē ē hominis deo adherentis affectio: et familiaris quādam et pia allocutio: et statio illuminate mentis ad frēdū deo. Quidam licet. Cui cōsonat ista beatissimi Ambri. Orationē est cibus mentis p̄clarraq; almonia suauitatis: que mēbra non onerat: sed in ornamenti cōuertit. Oamenta utiq; morum ac virtutum. He due dantur ēm statum p̄fectionis orantis. He autem diffinitiōes diversas ofonis proprietates exprimunt: et magis quedam sunt p̄prietates assignatiōes et laudes: ut dicit Guibell. Et conuertibilis definitiōes. Itās pulchre et late p̄sequitur Alex. loco allegato. Definit autē orationē Guibell. in de diuina rhetorica in sua generalitate sic. Orationē est petitio que ad deum dirigitur: vel ad personas vel personā propter ipsā. Petitionis autem genus est ad orationem: que generaliter est locutio inclinativa alterius ad bonum prestandum: vel malum remouendū. Et dicitur inclinativa non optativa: quod non est idem optare et petere. Multi enim optant et desiderant: que non petunt: multi optant vel desiderant que omnino habere nonunt sicut viri sancti et sapientes qui multa cōcupiscent et desiderant ēm sensibilitatem: quibus tamen se abstinent viriliter et auertunt. Qui autem petunt indubitanter offendit se vel le obtinere quod petunt. Itē eccl. Guibell. **E**t his patet quod oratio est actus quidam potentie rationalis quia relatus ad deum: quod referre in deum soli potētia rationali cōuenit. Sed utrum sit actus intellectus vel voluntatis. Itā utrumque videntur definitions sanctorum astrinere. Ut illa ascensus intellectus ad deum. Et illa Aug. p̄metis affectus in deum directus. Secundum p̄num et videtur quod sit actus intellectus: ēm secundum: quod sit actus voluntatis sive affectus. Pro quo norat Rieschar. in. iii. dist. xv. q. iii. ar. i. quod oratio dupliciter potest accipi. Uno modo p̄desiderio obtinēdi aliquid a deo quo desiderans ordinetur in ipsum. Et illo modo est actus voluntatis et elicientis: et intellectus et dirigentis. Alio modo oratio est propositio hīmoi desideriū: loquendo deo per modum supplicationis. Sic dicit Isidorus: orare ē dicere: sic est actus intellectus et elicientis: et voluntatis et mouentis. Et illo p̄t quod oratio sive sicut sive accipiat: semper importat utrumque actum intellectus et voluntatis. Uterque enim requirit ad orōnem. Itihil enim petunt obtinēti nisi affectu desideretur: et intellectu desideriū exprimat etia quo obtinēti sperat. Solum enim desiderium obtinēdi non ē oratio. Itā qui quod desiderat suo ingenio et labore acquirit: non sibi orare: sed qui hoc ab alio sibi dari petunt orare. Requirit ergo expressio petitionis verbo mentali ad minus quandoque etiam verbo signo vel verbo vocali. Sed desiderium hīmoi exprimū non potest: nisi habeatur saltem vere et ynde orationē utrumque. Et quod horum dicat substratum: et quod for-

Gregorius**Bernar.****Ambro.****Diffinitio
ofonis ex
Guibell.****Oratio du
pliciter p̄t
accipi.****Isidorus.**

maliter seu cōnotatime est questio: et sic respōsio Richar. distinguunt: quod utriusq; pō dicere fīm. alia et aliā acceptiōē: parū tñ referit: quia deficiente cōnotato: deficit suppositione: ideo utriusq; actū requirit ut sit oratio. Quia tñ oratio frequentis dicitur: et petitio est sine locutione vel mentali vel exteriori: immo est locutio interior vel exterior: id est dicit qd oratio sit actus rōnūs illē. s. quo loquitur deo mentaliter a quo desiderat opera obtinere. Quō aut̄ sit interior locutio habitudinē est supra lec. xxix. Rūbil em̄ alius est nisi p̄ priū dehiderium mente cōcipere: vt dēs illud cōcedat: et hoc est mentaliter exprimere verbum mentale formare. Oratio nō exterior est signum aliquo sensibile orationi interiori subordinatum. Et ita b̄tus Tho. ii. iij. q. lxxxi. ar. i. tenet orationē esse actum rationis. Et hoc idem innuit nomen petitio: qd pōlī pro genere definit. C Addit q ad dēū dirigis q̄ sola petitio q̄ sit ad dēū immedia te vel immediae per sanctos intercessores: p̄petre oratio dī. Usi pene in oib⁹ definitionibus supra positio exprimitur dēs tanq; is qui petit. Unū et dicit Rūil. sola petitio que sit ad autorē p̄ principiatē potestatis in re que petitur habētē est oratio. Hic aut̄ est solus dēs: in cuius sunt dictione cuncta posita. Petitio nō que sit ad sanctos: quia nō sit tanq; ad eos per quos principiāliter implendū sit qd petitur: sed tanq; ad media tores id a dēo fieri impetrantes: pro quanto per eos sit ad dēum oratio dī. Ideo additū fuit: vel ad personam vel personas ppter ipm. Es enim que p̄fēcta sunt: gratia sc̄z et gloria: solus deus dare pōt. C Ex quo patet solutio sc̄e. q. sc̄l ad quem dirigenda sit oratio: sc̄z ad solum dēs tanq; ad illum qui p̄incipiatē b̄z p̄tatis petita concedendi. Unde etiam colligitur causus virtutis oratio sit actus. Cum em̄ orans orādo dēū protestatur ipso facto dēum esse summum omnī p̄incipiū: oīa in sua b̄fis potestate exhibet sibi bonoē latrī: vt p̄t̄ ex dictis. S. lcc. xlir. Oratio enim petit ad eo tanq; ab eo qui p̄incipiatē potestatis: quod solitus dei el̄ynde sic petendo adorat: quia dēum quem orat: confiteat p̄imum omnium p̄incipiū: omnia producēt omnia gubernans: omnia administrans: p̄t̄t̄ net igitur oratio ad virtutem latrī. Huic definitioni Rūil. satis concordat illa Dain. Oratio est petitio decentium a dēo. Et illa magistr. Ex p̄t̄ deo desiderij: tc. ita q̄ addatur. Expressio desiderij facta deo propter bonum adipiscendum vel malum remouendum formata per verbū interiori vel exteriori. Et h̄ dēs nō indiget expressione ut noscāt nostra desideria cuius oculis nuda et aperta sunt omnia: tñ orans orando dēum elicet in se cognitionē desiderij sui: vt dēus illud compleat: qd est exprimere et loqui deo. C R Ad tertium: sc̄z de speciebus orationis tanta est varietas: et nūlī speciali sp̄issanci illuminatione cōprehendi nō p̄nt. Hā tot orationis sp̄es assi gnari p̄nt: quod in anima vna: immo in cunctis aliab: status queunt qualitatesq; genera ri. Sc̄m mensuram nāq; puritatē in qua mens vnaque q; proficit: et qualitatē status in quo vel ex accidentibus inclinatur vel per suam renouatur industria: ipsa quodq; nomen satis singulis reformat: et idcirco vñiformes orationes emittit: semper a nemine posse certissimum est. Alter em̄ qd q; suppliāt cu alacer est: alter cu tristitia vel despatiōē p̄dore p̄granat: alter cu spiritualib⁹ successib⁹ viget: alter cu impugnationum mole depunit: alter cu venia p̄t̄ox: alter cu acquisi

sitione ḡte seu cuiuslibet vñatis expōscit: vel certe extinctionē cuiuslibet vñti depecat: alter cu cōderatiōē gehēne ac futuri iudicii fōre cōpūgit: alter cu spe futuroꝝ bonog desiderioꝝ inflōmat: alter cu in necessitatib⁹ et periculis: alter cu insecuritate et trāquilitate versat: alter cu saeculū celestiū reuelatiōib⁹ illustrat: alter cu sterilitate vñtū ad sensū ariditatem cōstringit: et abbas Isaac de ofone. c. viii. Sc̄d̄ oīs basi innumeris alias diuerstatis orantib⁹: sumi p̄t̄ alle et alie sp̄es ofonū. Preterea fīm diuersas ofonū cōsiderationes ac cōparatiōes nūc ad evū qui orat: nūc ad eos: p̄ quib⁹ orat: nūc ad ipa que cōcēdi postulat: aut remoueri petuntur: nūc ad radices et quib⁹ orādi affectus ontur: nūc ad alia quedā varie sumuſ ofonū sp̄es: q̄ oīs p̄fēt̄ qui: et si nō impedit ingēnū obtusitas: pb̄bet in digressionis a p̄ncipali nā materia nimis p̄ licitas. Sufficiat vel t̄ gere sp̄es illas q̄ aplūs i. ad Timo. iij. exarauit. C V Quatuor itaq; ofonū sp̄es assignat apls cū ait. i. Tim. iij. Obsecro Quidam p̄num oīm fieri obsecratioēs: ofonē: postula tōnes: grauactiones p̄ oib⁹ holdus. Que pene tot h̄bit interp̄tes: quot expositores. In colla. patrum collatione. ix. distinguunt fīm. iij. star⁹ ho minū. Hā p̄mo obsecratio ad incipientes pecuniarū p̄tinet: q̄ adhuc vñtioꝝ suorū aculeis et memoria remordent. Est em̄ obsecratio imploratio vel petitio: p̄ p̄t̄s: qua vel p̄ p̄t̄b⁹: vel p̄ p̄t̄is admis̄is suis vñfusq; cōpūctus veniam deprecat. Sc̄d̄ oīo que ad illos sp̄aliter p̄tinet: qui in p̄fectiā spiritali: appetituſ: vñtutuſ quadā mentis sublimitate cōsistunt. Est em̄ oīo vñ sp̄es in alijs cōdistinc̄tā: cu alind aliqd offert̄ mus seu vñuenī deo: vt cuž renūciātes mundo sp̄dēt cordis intēritē dōo fūire: aut cu p̄ponit firme vñtioꝝ radices fundit: eruerē: qd ad p̄ficiēt̄ p̄tinet. Tertia sp̄es postulatio: eos respicit q̄ p̄fectionē vñtioꝝ suorū exib⁹ implētēs: intercede re p̄ alijs cōsideratioē fragilitatis eoz et charitatis studio: puocant. Est em̄ postulatio supplicatio q̄ ex charitatis ferore p̄ alijs fundit. Quarā sp̄es grauactio ad illos respicit: qui tā pena lis coliciētē sp̄na de cordib⁹ euūla: securi tam munificētās dñi ac miserationēs: quas vel in p̄re Quid p̄ terito tribuit: vel in p̄t̄ largit: vel p̄parabit in stulatio futuro: mēte purissima retractātes ad illā ignitā q̄ ore boīm nec cōphēdi nec erupim pōt̄: oīo nē seruētissimo corde raptant. Et hā quatuor supplicationis sp̄es erā dñs ip̄e in suis ofonib⁹ exēplauit. Hā obsecratioēs gen⁹ assūpt̄ sit dum in horo oravit. Pater mi si possibile est: trāscat a me calix vñtioꝝ. Uel illud qd ex ei⁹ p̄sona cātātur. De dēo ne respice in me q̄re me dereliquit. Orationēs nō cu dicit Jo. xvij. Egō te charitēam sup terra: op̄p̄ cōsumūlātū qd dedisti mihi vt facere. Postulationē cu dī. Pr̄ qd dedisti mihi vñlo vt vñli sum ego: ipsi sunt meū. Jo. xvij. Itē cu dīxit. P̄figno se eis: q̄i nesciūt qd faciūt. Iu. xxiij. Batiāt̄ actionē cum dicit. Cōnteo tibi p̄ dñe celi et terre: quāb̄cōdīstīt̄ hec a sapientib⁹ et prudētib⁹: et reuelasti ea parvulus: ita p̄: qm̄ sic placitum fuit ante te. Mat. xi. Aut cu dicit Jo. xij. Pater ḡfas ago tibi: qm̄ audisti me: ego autem scibā: q̄i semper me audis.. Possunt enī oīa illa quatuor ofonū genera in vna supplicatiōe p̄fēt̄ et cōphēndi. Quot et declarari possit in ofone prolata quā fecit dominus post cenā ultimām Jo. xvj. C M Blos. or. i. Timoth. ii. non multū dissimiliter a predictis vñtioꝝ species ille seu differentie orationum assignate ab apos tolo

Guilhel.

Oīo quid.

omnia gubernans: omnia administrans: p̄t̄t̄ net igitur oratio ad virtutem latrī. Huic definitioni Rūil. satis concordat illa Dain. Oratio est petitio decentium a dēo. Et illa magistr. Ex p̄t̄ deo desiderij: tc. ita q̄ addatur. Expressio desiderij facta deo propter bonum adipiscendum vel malum remouendum formata per verbū interiori vel exteriori. Et h̄ dēs nō indiget expressione ut noscāt nostra desideria cuius oculis nuda et aperta sunt omnia: tñ orans orando dēum elicet in se cognitionē desiderij sui: vt dēus illud compleat: qd est exprimere et loqui deo. C R Ad tertium: sc̄z de speciebus orationis tanta est varietas: et nūlī speciali sp̄issanci illuminatione cōprehendi nō p̄nt. Hā tot orationis sp̄es assignari p̄nt: quod in anima vna: immo in cunctis aliab: status queunt qualitatesq; genera ri. Sc̄m mensuram nāq; puritatē in qua mens vnaque q; proficit: et qualitatē status in quo vel ex accidentibus inclinatur vel per suam renouatur industria: ipsa quodq; nomen satis singulis reformat: et idcirco vñiformes orationes emittit: semper a nemine posse certissimum est. Alter em̄ qd q; suppliāt cu alacer est: alter cu tristitia vel despatiōē p̄dore p̄granat: alter cu spiritualib⁹ successib⁹ viget: alter cu impugnationum mole depunit: alter cu venia p̄t̄ox: alter cu acquisi

Joan. p̄
Tunc. p̄
Joan. p̄

